



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Erendrvdis Abbatissa. 30. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Io jam propior. jam PAVLVS ille cæli etiam ante fata civis , ille nominis IESV per omnem urbem præco , post edita miracula , & literarum oracula quām plurima , hoc ipso die PETRO triumphanti collega-additus securi percussus est. Caput sanguinis loco primò lac , deinde tergeminos fontes totidem saltibus dedit , oleum interim effusum , IESV nomen clamando immiscens. Agnosceres tam pretiosis liquoribus refertum Electionis Vas esse. Ex Hist. Eccl.

Pro nobis facit Apostolorum vita, & doctrina, & mors ipsa. Etenim in conversatione continentiam, in predicatione sapientiam, in passione suâ patientiam nobis coniulerunt. S.Bern.serm.3.de SS.Apost.Petro & Paulo.

S. ERENDRVDIS ABBATISSA. 30. Junij.

ERAT ERENDRVDIS D. Ruperti Noricorum Apostoli neptis, non tam sanguine huic, quām virtute propinqua. Itaque magisterium in DEO devotas virgines jam tunc, cùm in Galliâ adhuc ageret, exercuit. Sed uti Rupertum virorum, ita ERENDRUDEM mulierum nec minus potens invidia cedere è Galliâ coëgit. Itaque inter auxiliates copias, quas fidei bono in Boicas terras induxit Rupertus, etiam hanc numeravit, & exdificato ad Iuvaviam Deiparæ honori Parthenone , illuc collocavit virginem, matremque aliarum virginum voluit esse : quod officium illa sic impletivit, ut non harum modò, sed pauperum omnium mater audiret, quibus tectum victumq; numquam nō præbuit. Pedes etiam eorum lavare, ulceraq; velut gemmas gaudens tractare. Ipsa mensæ accumbens, non tam corpus cibo, quam animum piis de DEO colla-

o. Iunij.
iam ante
n urbem
oracula
mphantii
sanguis
s fontes
ffusum,
nosceres
onis Vas
rina, &
tiam, in
ientiam
post. Pe

. Iunij.
icorum
c, quam
in DEO
ad hoc
m, ita
as invi-
xiliates
induxit
dificato
, illuc
virgi-
aplevit,
um ma-
am no-
j; velut
mbens,
e DRO
colla-

30. Iunij. VITÆ SANCTORVM. 323
colloquii reficiebat, quo ut frueretur, dici non
potest, quā abire è vita properārī. Tumulum
ejus ingentia miracula coronarunt: unum alte-
rūmve denarro. Monachus in hereditatem D.E-
RENDRVDIS invaserat, ausus parrē salinarii mon-
tis sibi afferere: & occupavit ille terram, quam
petuit, sed subito fato in ipso loco, & perjurio ex-
tinctus. Aliam expertus est Henr. S. Cæsar, qui
morbo tentatus, amuletum è collo suspendit anu-
lum aureum, reliquiis virginis (gemmis utique
grandibus) gravem. Atque hunc cū amississet il-
le, & ab infesto morbo iterum oppugnaretur; præ-
sentem iterum medicinam ad tumbam ERENDRV-
DIS reperit, ut qui se Henrico tunc debebat orbis,
idem ipsum Henricum ERENDRVDI deberet. Ex
tom. 6. lect. ant. Canif.

De terrâ es, & de terrâ vivis, & in terram rever-
teris. Certum est, quia morieris; sed incertum, guan-
do, & quomodo, aut ubi: quoniam ubique mors te
expectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam
expettabis. S. Bern. 1. Med. c. 3.

IV. T. SAM. 17 CIVILIS. IV.